

ceptis ingratis abuteretur, fore alioquin, ut irato numine graves penas lucret suz improbitatis. Ille porro suos commilitones ingenio, & doctrina superare cepit, camque nominis auctoritatem paulatim sibi comparavit, ut ad Magdeburgensem Episcopatum postea eveheretur. Qui tamen honor illi non profuit, sed obfuit, ac vitz auxilium licentiam, ut etiam nefariis voluptatibus se dederet, vitamque profus obsecnam, & infamem duceret, in memor videlicet eorum, quae Mater Domini jam pridem praemonuisset. Igitur cum peccandi finem non faceret, in gravissimum Dei iudicium incidit, & inaudito modo, horrendaque profus morte turpissimam vitam conclufit, Henrico II. vel ut alii volunt, tertio Caesare tertum potente, P. Canif. lib. 5. de Maria Virg. cap. 20.

Maria Aegyptiaca multis annis velut Veneris victimam, impudicitiae frenata laxarat, suumque corpus vagae multorum libidini foedissime prostituerat, priusquam ad templum Hierosolymitanum, quod ob Dominicae crucis reverentiam sacrum, ac celebre, religiosis ergo proficisceretur. Cum vero cerneret, se ad huius templi ingressu non semel, nec obsecrare omnino divinitus prohiberi prius vitz turpitudinem & agnoscere & deplorare cepit, seque ad Deiparae imaginem, quae templum ingressurus occurbat, non sine pudore convertit, atque ita cum lachrymis dixit: Domina Virgo, quae Deum verum genuisti, corpus habens, & animam mundam, & immaculatam, ad iura me solitariam, & nullum habentem adiutorium. In Synodo Nicana sic eadem esse precata legitur: Quandoquidem, ut audivi, propter hoc Deus, quem genuisti, homo factus est, ut peccatores ad poenitentiam vocaret, auxiliare mihi soli, & non habenti, qui mihi suppetias ferat. Ut reliquam orationis partem praetermittam, Adiectis deinde promissionem, se post haec omnibus mundi illecebris carnisque deliciis renunciatum, ac totius vitz cursum in melius commutatam esse, modo templum hoc ingredi, ac offenso Deo reconciliari posset, Quae postquam sine impedimento in templum ingressa, apemque Virginis sibi praesentem experta est, iterum atque iterum Mariae sese commendavit, ut ad votum explendum propitia porro, & custos sibi adesse vellet. Inde vero digressa ad veteris vitz fordes nunquam rediit, sed mundi, & carnis blandimentis, ac voluptatibus animo repudiatis, in vastam eremum contendit, ubi vitz prioris labe contracta, magna vitz severitate suscepta, & dignis poenitentiae fructibus editis diluit, frequenter solita Virginem invocare. Tibi quidem, inquit, o bonarum rerum amatrix Domina, quae tantam mihi praer meritum humanitatem exhibuisti, preces meas nec recessisti, gloria. Tu vero me, quo placuerit, ducito, esto mihi salutis magistra, mihi viam, quae ad poenitentiam ducit, indica. Domina Deipara, ne me derelinquas: ac sub huius quidem Patrocinio cum vitz cursum solitaria tenuit, & ad annos usque quadraginta sepe abfolvit, omnium ferè tentationum, & diabolicaum infestationum acerrimis vexata spinis, ut impudicis & viciis, & foeminiis, si ad emendatorem vivendi disciplinam aspirent, poenitentiae speculum, & exemplar illustre praebat, digna etiam, quae cum Magdalena Evangelica peccatrice ab omni Ecclesia quotannis festo proprio decoretur. Conc. Nicen. II. Paul. Diaconus.

In ora Travancoris magna est Religiosorum Soc. Jesu sedulitas in excolendis, erudiendisque Christianis. In huius ora pagores accidit digna literis. Miles ex myoparone desiliens omni spe salutis abiecta, quoniam diabolo seipsum addixerat, ingressus est templum, & coram sanctissima Dei Matris imagine prostratus in genua auxilium ab ea multis lachrymis implorabat. Cum ecce ibi ex amplexu Virginis puer Jesus vifus est cum milite lachrymari, & matris autem manibus emicare fons aquae, quae totam perfudit aram: ut intelligeret miles, quantum sibi veniae spes esset ab ea, quae totius misericordiae fons est, & quam non difficilis sit filius ad matris preces, quicum lachrymis perditum hominem ad se redeuntem excepit. Admonti de re tota comites accurrerunt, ut quo plures oculi conspexissent, eo major prodigii fides foret. Qui quidem imbutum aequè sudarium, quae aram diximus madefactam, partium sunt inter se: miles vero cum venisset ad nos, universae vitz flagitia confessus Religionem vovit, ut quanto iniquius se devinxerat demoni, tanto arctius se astringeret Deo. Annal. Soc. Jesu de Anno 1583.

Albertus Magnus, ut in Praedicatorum Annalibus scriptum est, sexdecimo atatis anno in eum ordinem ingressus, cum in literis penè nihil proficeret, eo quod ingenio, ac memoria esset tardiore, tanto affici cepit caelo, ut etiam de religiofa vita deserenda tentaretur, in qua fluctuatione dum haerere,

vifum est ei nocte quadam, cum scalis ad Monasterii mures ad motis abitu pararet, apparere matronas quatuor venerabiles admodum vultu, quarum una, deinde altera semel jam, atque iterum scandentem manu impulsit deturbata; cum autem tertio idem conaretur, interrogatum esse à tertia quidnam ageret, & quae de causa, qua exposita, monuisset illam, ut opem potius à quarta matrona, quae Dei Mater, caelique Regina esset, exposceret, se vero cum reliquis deprecatione adiuturam. Paruistille, ac benigne acceptus à Virgine, insuper etiam interrogatus, utra scientia mallet donari, divina, an naturali. Tum adolescens, qui pro aetate nihil adhuc altius gustasset, cum Philosophiam dixisset, fiat, inquit illa, quod petisti. Sed tamen quia scientiam hanc filii mei scientia praetulisti, extrema vita, omnem perdes doctrinam, & in hanc ipsam, quam nunc exis, hebetudinem recides. Nec mora, vifio dilapfo, statim se mutatum sensit, quidquid audiret, quidquid legeret, facillimè capiebat, aut si quid paulò difficilius incidisset, cum se ad Virginem deprecandam, quasi promissum effugians, converteret, illico consequebatur. Quare cum talis, tantisque vitz evasisset, & multos annos tum docendo, tum scribendo consumpsisset, demum triennio antequam è vita migraret, dum publice à cathedra nefcio quid interpretaretur, repente omnem sibi memoriam rerum omnium, quas tenebat, funditus excidisse sensit. Tum ille coram omnibus, qui astantibus, quid sibi adolescenti accidisset enarravit, ac professus, quidquid sibi postea eveniret se fidei articulos ex animo complecti, inque eorum confessione emori velle, descendit è fugatu, prosequentibus eum auditoribus cum fletu, cumque amanter amplexantibus, quin etiam reliquam deinceps vitam quasi repueratens in magna simplicitate tranfegit, ita tamen, ut nullum religiosi instituti officium praetermitteret, nam in his duntaxat memoriae facultas constabat.

Refert Antonius Bonifinus lib. 3. rer. Hungaricarum Decad. 3. Anno Dom. 1415. post pugnam à nostris contra Turcas, & Valachos in Hungaria commissam, in campo, ubi magnus restabat castrorum corporum cumulus, forte à viatoribus auditas voces Jesu, & Mariae, cumque propius se admovissent cumulo, caput loquax ita locutum. Quid hic astatis stupentes? Christianus sum, & Dei Matri addictus, sine confessione facta occubui ante biennium, Maria Dei Mater, cui in vita devotus extiti, linguam haedens mihi feryavi, quò confiteri possem. Quare rogo, vocate Sacerdotem, vocantur, confessus est, & absolute percepta illico conticuit.

CORPORALIA.

Alexandrinus quidam civis, vir fidelis, religiosus valde, & misericors, & hospitio suscipiens Monachos, habebat uxorem & ipsam humilem valde, & jejunantem quotidie. Erat autem illis & filiola quasi annorum sex. Quadam vero die vir ille pius profectus est Constantinopolim: erat enim negotiator. Reliquis ergo domi uxore, & puella, & unico servo, abiit, ut navigaret. Cum vero iret ad navem, ait ad illum uxor: Cui nos commendatos relinquis, Domine? Respondit vir ejus, Dominae nostrae sanctae Dei Genitrici. Die vero quadam cum sederet uxor, & operaretur, habens & puellam secum, servus ille ex suggestione diabolica voluit necare dominam, & ejus filiam, & diripere quidquid haberet, & fugere. Sumptio igitur ex coquina cultro perrexit in triclinium, ubi erant ambae. Cum vero venisset ante januam, comprehensus est cecitate, ita ut neque triclinium ingredi, neque ad coquinam reverti posset. Cum autem una ferme hora perstitisset, frustraque conaretur ingredi, cepit vocare dominam suam, Hic dicens: Veni huc fuge, illa admirans, quod in medio januae persistens, ad illam non ingrederetur, sed clamare, ait illi: Tu magis huc veni: ignorans quòd cecitate terneretur: puer autem cepit illam adjurare, ut iret propè illum. Illa vero juravit, se non ituram. Tunc ait illi: Mitte vel puellam. Quae noluit, sed ait: Si quid vis, ipse potius veni. Videns autem servus, quòd nihil potuisset agere, seipsum gladio percussit, & corruit. Domina vero illius cum vidisset, quid egerat, exclamavit, continuoque vicini accurrerunt. Ingressi sunt autem, & ex officio Praetorii nonnulli, puerumque reperientes adhuc vivum, didicerunt ab ipso omnia, & glorificaverunt Dominum, qui ostenderat miracula, & matrem salvaverat cum filia. Sophranios in Prato spir. cap. 75.

In Fulberto Abbate Ferrariensi praeter scientiam, & vitz integritatem maxime commendatur (inquit Baronius) quod erga sanctissimam Dei Genitricem Mariam addictissimam se servus, & promptissimus ejus amator fuerit, in cujus laudem librum

librum conscripserit, basilicamque construxerit, laudescitque A cecinerit: ab ea autem singulari remuneratum dono, dum ipsi agrotanti per vifum agendum fugienda aperuerit sacra ubera. Baron. tom. 11. Anno 1028. 5.

In historiis Ordinis Cisterciensis scriptum est, Reinaldum vita planè, & moribus sanctissimum, cum reliquis fratribus in melioris opere occupatis, ipse, ut erat justus, propter aratis gravitatem fecisset, eo camque causam fideret mcestus, vifidisse chorum se minarum de proximo colle descendendum, omnes vestimentis candidis, una praeterea, quae reliquas omnes & proceritate, & pulchritudine longè superaret. Haez igitur cum lua comitatu, ut ad Dei famulos propinquavit, fingulo dignata, insuper lineolis, quae duae comites deserabant, de illorum frontibus sudorem, pulveremque abstergere cepit, quin etiam contentius laborantes, stuvius, & largius recreare. Cum autem Reinaldus secum ipse inquireret, quanam illa essent, & miraretur tantum auctere foeminas adversus religiosum morem, astitit ei quidam aspectu venerabilis, à quo edocuit esse, illam, quam videret, esse Dei Matrem, reliquas vero virgines in caelo degentes: venisse autem eam ad suos illos mcestos (hoc enim verbo usus est) vifidandos. Hic vidit Reinaldus ille; ceteri autem illi ipsi, quibus hoc contigit, non oculis quidem viderunt, sed animis proculdubio perferunt, cum corporis ipsius vifus intauratas, dum patientiam adaudam, dum dulcedinis gustum quandam in illa molestia infillatam perceperunt: Ex quo nobis quoque intelligendum est, etiam si sanctissimae huius Virginis beneficia sub aspectum non cadant; ea tamen & frequentissima, & maxima, omni loco, & tempore, maximeque in iis laboribus, quos Christi filii causa toleramus, in animis nostris provenire. H. Platius lib. 3. de bono statu Relig. c. 34.

Adelbertus, Martyr illustrius, cum adhuc puer gravi morbo, eoque periculoso afficeretur, ipsum iam laborantem parentes Deiparae commendarunt, dicentes: Non nobis, Domine, non deiparae vivat puer iste, sed clericus in Dei matris honorem portet jugum tuum. Recessit itaque in ictu oculi vis doloris, & infanculus ad se rediit sospes in omnibus membris, & ad vitam monasticam se contulit. Sic bona Angelorum Imperatrix Augusta, Virgo perpetua, splendida stella maris ad Deum portat hominum vota. Hic primus serè Boemis, ac deinde Polonis Evangelicam lucem ostendit. Suvius in vita 23. April.

Andreas Trapezuntinus insignis iudex Christi Martyr, cum gravibus febribus laboraret, voto Virgini factò perpetui calibatus, è mortis foribus ad vitz mox limina rediit, qui postea ab eis le induit vifitatus, ut voti facti memor semper existeret. Hic postea cum pro Christo multa tormenta subivisset, flagellatusque, pettinibus, serphis, ac scorpionibus sic esset dilaniatus, ut pedibus consistere nequirit: cumque majora etiam tormenta die altera pararentur ad carcerem ductus, ferreisque catenis ligatus, Virgini invocato nomine, mox stupentibus omnibus sanatus est, quod mirandum est, cum carnifex accensus rabie, die sequenti ex uno ictu maxillam martyris denudasset, & fideles carnem maxillae è terra, in quam jacebat, reverenter fumpfissent, camque in templo D. Francisci reftaram odoribus conservassent: cumque interim martyr rursus majora pasturus in Tullianum carcerem mitteretur, altera illucescente die, stupentibus omnibus, latus cunctis apparuit. Rutilius Bezonoz Episc. Laurer. lib. 1. diquis. 2.

Illud vero recentissimum est, quòd Romae nuper contigit, D Virgo ipsa Deipara in Ecclesia B. Mariz, quam de Montibus appellant. Cum enim podagra morbo, qui quidem miserè torquere plerumque solet nobiles viros, ad exitum ferè laboraret vir omni officio, & humanitate pradius Ferdinandus de Torres, nullumque ad id remedium (quod omnibus ferè accidit, qui aggritudine illa vexantur) ex humanorum medicorum consiliis comparare posset; ad misericordiae, pietatisque matrem intima devotione conversus, impetravit ex ejus precibus à Deo Optimo Maximo dolum, ac morbi vifus levamen maximum, membrorumque usum à multo quidem tempore ferè deperditum ex ejusdem Virginis intercessione recuperavit. Cujus beneficii magnitudinem pie testatur est, & picta, quod & alii solent, tabella, & carmine elegantissimo M. Anton. Marsil. Archiep. Salern. Seli. 3. Hydratologiae, cap. 6.

In historia Lauretana cum Horatius Tursellinus de Adolescente quodam perditio narraflet, quem admodum chirographo suo Satanae demum obstrinxisset, si ejus ope potiri posset L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

congressu mulieris, quam deperibat, ac tandem poenitudine sceleris ductus Lauretum appulisset, ad omnem poenam subeundam paratus, si spes salutis foret, tandem subicit: itaque sacerdos adolescentem monet, ut per triduum inedia, cilicio, flagris corpus affligeret, B. Virginis opem implorans: se eodem triduo rem divinam pro ipsius incoluntate facturum. Triduo exacto, sacerdos optatum ratum esse absoluteionem chirographum à damone extorqueti, ne quid omnino juris in illum haberet. Monet, ut angustissimum B. V. Lauretanae sacellum ingreftus precibus, lacrymisque Deiparam eoque fatigaret, dum chirographum à diabolo extortum reciperet. Morem gerit ille, suae salutis, securitatisque avidus, haud dubia spe id se impetrare posse. Ergo prostrato ante Virginem corpore, lachrymans omnem eam precatus, ut recepto nefario illo chirographo saluti suae consultum velit; veruculo illos ex animo iterabat: Monstrate esse Matrem, sumat per te precor, qui pro nobis natus, tulit esse tuus. Talia precatus subito chirographum in manus suas dilapsum conspicit. Itaque vix fibimet ex inopinato gaudio credens, integrato fletu grates Virginis enixius agit. Inde sacello egressus, laticia exultans ad sacerdotem accurrit, receptum Deiparae beneficio scriptum ostendit. Id erat tot, tantisque in Christum, atque in eum, qui scripserat, diris, atque execrationibus reftatum, ut facile appareret à sempiterno humani generis hoste dictatum. Hor. Turfell. lib. 1. cap. 33.

Cum die quadam tempestas saeva, atque aetris nimia perturbatio fuisset exorta, fulgura facta, ventique vehementes undique ferrentur, & tenebrarum caligo caelum, dicemque nubium nocte subduxisset, coruscationes quoque valde terribiles, & fulgura crebro demissa terrorem nimium mortali-bus inferrent: populus omni pavore concutitur, ac priminae pecora, ne pereant, intra tuta domorum cogunt. Deinde ingravescente discrimine, mortisque faucibus minitante, cuncti desperatione vivendi in ecclesiam sagunt, & obsecratis undique foribus, terribile iudicium Dei, quod imminere putabant, pavidi praestolabantur. Quibus turbatis, & voce confusa concupantibus, sancta Virgo occurrens, indicit patientiam, pollicetur securitatem, secumque eos orationi incumbere adhortatur, & sine mora toto corpore ante altare ipsa prosternitur, Interea favit tempestas, & ventorum furorem domorum tecta non sustinent, crebrisque fulminum ictibus terra tremiscit, tenebrarum quoque densitas, & continua coruscationum per fenestras irruptio maximum timidus horrorem ingeminat. Dum populus omnis tanti terrorem immanitatem non ferens ad altare occurrit, & B. G Virginem ab oratione excitat periculis opponendam, primaque eam Tecla consanguinea ejus, his verbis adorta est: O dilecta, dilecta, in te spes populi huius, in te vororum summa consistit. Surge ergo, & pro nobis Dominam tuam sanctam Dei Genitricem invoca, ut ejus intercessione ab huius tempestate discrimine liberemur. Ad hanc vocem illa ab oratione surrexit, & quasi ad colloquationem vocaretur, Cappam, quae erat induta, abiciens, fores Ecclesiae confidenter aperuit, atque in limine consistens, signo sanctae Crucis edito, furenti tempeftati nomen summae Majestatis opposuit: extensisque manibus in caelum, terro clamore Christi clementiam invocavit, & per intercessionem, ac merita S. Mariae Virginis, propitium eum populo suo adesse precabatur confestim adfuit, ac tempestate discussa, tranquilla securitas facta est. In vita S. Liobae Abbatissae à Rudolpho Rabani discipulo conscripta cap. 17. apud Cur. 28. Sept.

Leo I saurus Iconoclastarum patronus imperabat, & ad H tuendam sectam pseudosynodum celebrari jufferat, ingentes motus excitans, ut sacras imagines ferro, & igne deleret, profusque aboleret in Ecclesia. His rugientis leonis furoribus, si quis alius, certè Damascenus sese fortiter opposuit, & in patria degens, tres libros pro sacrum imaginum defensione conscripfit edidit, eoque opere animos Iconomachorum vehementer offendit. Qui cum dolore, suas artes, & fraudes tanti viri industria detegit, atque labefactari, falso illum apud Saracenum in Arabia principem prodicionis accusarunt, quòd ad rumpenda principum foedera literas manu sua consignatas subdole misisset, ac pacem publicam perturbare aggrediretur. His Princeps Barbarus accusatorum querelis minime credens, Damascenum quamlibet innocentem de prodicione suspectum habet, eumque in iudicio damnat, poena illi in amputatione manus dextrae constituta. Quae res à Saraceno Principe perpetrata, sed absentium iconomachorum dolo nequissimo procurata, feliciter, quam illi sperabant, exitum habuit, & R 4 Maria

Maria quidem duce Catholicis letam victoriam impetravit. A Itaque dextera ea, qua scriptis suis virtutem Orthodoxis in Deo fecerat, excisa est: dextera inquam, ea excisa est, quae homines Domini odio percitos refutabat: atque pro atramento, quo, cum imaginum adorationem literis mandaret, prius tingi solebat, suo cruore perfunditur. Deinde excisa hac manus à Domino (ut sic loquar) in foro suspensa est. Cum autem advesperasceret, ac Joannes Tyranni indignationem sedatam, atque compresam esse coniceret, legationem ad eum misit, supplices rogans, & obsecrans, atque hujusmodi verbis utens: Dolor mihi ingravescit, neque intolerandum quendam in modum excruciat, meque acerbitatis aculeo levari possum, quamdiu præcisâ mihi manus in acre pender. Hanc igitur, quæso, donari mihi jubeas, ut ea humo condita, doloris acrimonia relaxetur. His precibus statim cessit tyrannus: redditaque est vero juxta manus. Qua accepta ille ad oratorium, quod domi habebat, ingreditur, pronoque omnino corpore ante divinam imaginem, quæ Dei Genitricis effigiem gerat, provolutus, excelsamque manu pristina suæ commissurâ admovens, intimo pectore ingemiscit, ac cum lachrimis exclamans, illam ad misericordiam propensissimam hunc in modum obsecrare cœpit: Domina, & castissima Mater, quæ Deum meum peperisti, divinarum imaginum causa dextera mihi manus amputata est: neque enim te fugit, quid Leonem in furorem conjecerit. Quare quam celerrimè accurre, & manus meæ medicinam adhibe. Dextera Excelsi, quæ ex te incarnata est, per tuam intercessionem virtutes multas efficit. Tu itaque rogatu meam quoque dexteram obsecro sanes, ut tuas quemadmodum concesseris, Filii que ex te incarnati laudes modulo ac contentu, o Dei Genitrix, literis consignet, atque Orthodoxo cultui adjumento sit. Potes enim quidquid lubet, ut Dei Mater. Hæc Joannes lachrymis dicens obdormivit, atque in somnis Dei Genitricis imaginem vider, placidus, & lætis oculis ipsam intuentem, & dicentem: Ecce sanitati est restituta manus tua. Jam ergo sine ulla cunctatione quemadmodum nunc pollicitus es, eam scribere velociter scribens calamum effice. Experrectus igitur ille, qui sanus fuerat, cum excelsam manum contempleretur, eamque sanctam conspexisset, spiritus exultavit in Deo salutari suo, atque ipsius Matre: quoniam fecit ipsi magna, qui potens est; pedibusque stans, manus in altum extulit, earmenque, quod temporis familiariter conveniret, occidit; totaque nocte una cum universâ familia letabatur; ad grati animi significationem canticum novum Deo cantans, ac dicens: Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine: Dextera tua manum meam amputatam sanavit, per eam hostes, qui venerandam tuam, ac Genitricis tuæ imaginem honore minimè prosequuntur, confindet; atque in multitudine gloriæ tuæ adversarios innoxios fractores per manum meam confringet. Erat itaque innoxia, dies, & non nox, ac lumen, & non tenebræ (licet autem hoc loco Propheta vocem cum alia immutatione usurpare) erat illi nox purè epulantiæ, & sonus exultationis in justis viri tabernaculo. Hæc porrò non occultè in silentio peragebantur, verum admirandus ille sonus, atque continua illa jubilatio ad vicinos, & eos, qui urbem habitabant, sese diffundebat. Ex quo factum est, ut confestim quidam ex Christi inimicis Saracenis Principem suum adirent: Joannis dexteram minimè abscisam esse affirmantes, verum alii cuiuspiam, sermo puta, aut alioqui ipsi ministranti, qui benevolentiam erga eum ductus ipsum Domini loco huic supplicio exposuisset: eos autem, D quibus ejusmodi sectio imperata fuisset, pecunia corruptos pecunia in alium transiitisse: En enim Joannes (inquiebant) domi delidens canit, ac perinde oblectatur, ac si nuptiale festum celebraret, epichalamiumque aliquod tantum ederet, immò & hujusmodi lætiam ipsius exultatio superat. Hoc nuncio allato, statim Joannes accessit. At cum venisset, excelsam dexteram extendere jubetur. Qua demonstrata, certo Dei matris consilio, ac providentia, linea quadam in ea leucebat, verisimilam excisionem esse ostendens. Tunc igitur ex eo Barbarus quaesivit, quisnam medicus ipsum in sanitatem afferuisset, ac quamnam medicamenta imposuisset? Ille clara, & ingenti voce miraculum prædicat. Dominus meus, inquit, omnipotens medicus, cujus vis, ac potentia orationem pari pede comitatur, in sanitatem me vindicavit. Ad hæc Barbarus: Quantum conjectura assequor, o homo, id, quod passus es, infons passus es. Ac velim illud nobis ignotas, quod præcipi, & inconsiderata sententia supplicium tibi intulimus. Tu vero pristinum munus ministrabis, principemque inter consiliarios nostros locum obtinebis. Neque enim

post hæc nisi de tuo consilio, ac sententia quicquam facturi sumus. Ille autem humi prostratus, adoravit, pronusque jacens eum diu rogavit, ut id sibi remitteret, aliamque viam modum jucundior, & optabiliorem ingredi permitteret, ejus, qui ait, Ego sum via, & vestigiis inhiere. At Barbarus protus, & minime faciebat; gratque cernere tanquam gladiatores quosdam, Barbarum, & virum justum inter se pugnantes, &c. Ex Jo. Patriarcha Hierosolymitano, qui hanc hist. græcè scripsit, & illam Oecolampad. insignis Eccl. Cathol. hostis interpretatus est. Petr. Canis. lib. 5. cap. 19. Baron. tom. 9. Annal. Eccl. ad ann. 727. 4. 5. 6. 7. 8. 19. 9. Bredemb. 2. cap. 2.

Cum aliquando infirmaretur S. Bernardus Abbas Claravalensis, contigit advesperascere diem, ut cæteris fratribus juxta consuetudinem accedentibus ad lectionem collationum, ut solus cum duobus fratribus sibi assistentibus remaneret in diversorio, in quo jacebat. Cumque vehementius affligeretur, ut supra vires dolor accresceret, advocans alterum de duobus, jubet citius oratum ire. Excitantur denique, & dicentem: Non sum ego talis orator, obedientiam auctoritate compellit. Item est, & oratum ad altaria, quæ in eadem basilica erant tria: primum in honorem Beata Dei Genitricis: duo circumposita in honorem B. Laurentii martyris, & B. Benedicti Abbatis. Eadem hora adfuit viro Dei prædicta B. Virgo, duobus istis supposita ministris, Beato scilicet Laurentio, & Beato Benedicto. Aderant autem in ea suavitatis, & serenitatis, quæ eos decebat, & tam manifestè, ut ex ipso introitu cellulæ personas discernere videretur. Imponentesque ei manus, & loca doloris ad tactu piissimum lenientes, omnem protinus ægritudinem depulerunt. Siccatas est enim illic phlegmatis rivus, & dolor omnis abscellit. Guil. Abb. in vita ejus lib. 1. cap. 12.

Illud certè multis hominum millibus, qui & viderunt, & adhuc vivunt, manifestissimum, quod Anconæ ann. Dom. 1470. factum à multis die dignis accepimus. Puella quadam propter pessimam quandam nervorum contractionem à primis incunabilis gradiendo natibus pro cruribus utebatur. Præterea Bidellus Florentinus propter faucium, pectorisque contusionem multos annos loqui nihil potuit. Ambo cum D. Maria eodem in loco suppliciter se commendassent, sani protus evaserunt. Omni populo multis anni nota erant infirmitas, & postea jam quatuor continuè omni populo sani. P. Canis. lib. 5. cap. 20.

Thomas Sanchez, quo tempore sollicitè instabat apud Provinciam de ingrediendi societate, adeò lingua erat impedita, ut ob defectum hunc insignem nulla ei spes daretur admissionis. Quamobrem adolefcens gravem animi mororem concepit, seseque Cordubam patriam suam contulit: ibi; inivit B. Virginem Dominam nostram, dictam facris fontis, summæ pietatis, ac devotionis locum: ac flexis imbi genibus copioso lachrymarum imbri perfusus, obnixè à Deipara petiit, aufertur sibi votorum suorum obicem, ac remorant, linguæ videlicet impedimentum. Tanta autem animi constantia hoc à pietissimâ omnium Matre petiit, ut se affirmaret ex loco illo non abiturum, donec per eam voti sui compos fieret, neque in irritum preces ejus occiderent. Supplices famuli sui preces exaudivit Virgo benigna, ab eoque ita quidem linguæ vinculum abstulit, ut ingressum ejus in Societatem minime retardaret. Ex hoc tempore post admissionem quoties Cordubam iter equo vectus milititeret, beneficium tanti memor, antequam ad Collegium diverteret, sanctam Deiparæ Virginis imaginem invitebat, atque insequentem diem totum orationi, ac devotioni tribuebat, summuque ex eo tempore B. Virginis H cultor extitit. Ex litt. P. Lud. Ponceli, ad P. Franc. Suar. de morte Thom. Sanchez. ann. 1610.

P. Joan. Bonifacius l. 3. de infir. Christiani pueri: Cum Abule essem, ait, urbsque illius generosam, & maxime docilem juventutem erudire, res accidit memoranda: Nam cæca Mulier aspectum, atque visum recepit, qua se Virginis, & Matrî sanctissimæ commendavit, in sacello subterraneo SS. Martyrum germanorum Vincentii, Sabinae & Christitæ: quo in loco purissimæ Dei parentis antiqua effigies, sacra, & vilenda virorum, & mulierum incredibili frequentia honoratur. Hujus autem miraculi illustri, & gloriosè testis plurimi, iidemque veracissimi, fidem fecerunt. Agitata enim res est anni fere spatii, cumque facti veritas explorata satis, inquisitaque fuisset, vitæ gravissimi, & doctissimi, qui ex omni ordine, convenerant consulti fuerant, ferias, festoque dies lætitiæ, & exultationis ergo indici debere cõsueverunt: illusterrimus Alvar. Mendocius Abulensis Episcopus, ut ita fieret, impetravit. Die verò ab indictis feriis octavo, totam urbem simul lacrimis innume-

innumerabilibus comitantibus perlustravit, nec defuerunt religiosi viri, qui sacra Virginis effigiem de cæca illa, de que universi civibus bene merita (copiosis enim imbribus aridam terram cum primùm ferri agitari cœperunt, maderescit, diem tamen pompæ per urbem incedentes, vacuum à pluviiis esse voluit, ne gaudium publicum aliqua ex parte posset impediri) venusta, lepidaque actione suas ades obiter invisitent salutarer: egressique deinde, quod reliquum erat itineris ferulo humeros supponentes læti conficerent. Qui verò historia seriem, & narrationem scire cupiunt longiorer, carmina legant, quæ sequuntur, nos illa conscripsimus illorum rogatu, qui templi SS. Martyrum, urbisque patronorum, Vicentii, Sabinae, & Christitæ (quo in loco restantia acciderat) curam gerunt, relique omnes administrant, qui versus in valvis affixi cunctis, rem paulo futurus nosse volentibus, patuerunt.

Messa diu vixit mulier, qua lumen ademptum, Et mille infirmo corpore damna tulit. Cùmque hominum frustra ventasset saepe modelas, Divinam statuit querere rebus opem. Virgo hæc ex divæ sacra vestalibus Anne, Martyris ad nosse testa venire cupit.

Permittit proceres, vadique ad limina divum, Sequæ sacerdoti detegit ipsa sua. Esam vitalem sacras quoque fuit ad aras, Sanguine fraterno quam aduere prius. Et locus in sano, iustus quoque frequentat, Mixtaque lux homines ad pia vota movet. Intus honorantur sacunda Virginis ara, Cuius est effigiem sexus uterque colit. Femina caelesti nutu petiit intra Mariae, Ductorisque manus cæca peregit iter. Incubat inde preces obstruam circiter bovum, Quintaque jam instabat, cùm gemebunda dolet. Pallor inest ori, motemque timere propinquam Incipit, & sudor frigida membra replet. Presbyter est prælo, tristitiamque affat ut amico, Verbaque de Marci multas ore libro. Non possi multa a vestis membris vigor, atraque cedit Caligo, & lucem femina læta videt. Principio molem cernit, vasaque figuras Clarior, & tandem cernere cuncta datur. Audiat hæc iudex, censorque æquissimus adæ, Perque anni spatium discutenda mentem.

Multi fidem fecere vivo, testesque reperit Prodigium monstrant, nec dubitare licet, &c. Hæc P. Joan. Bonif.

Hæc refert miracula omnia, que certis locis Deiparæ dedicatis patrata superioribus Titulis referuntur.

PATROCINIUM B. MARIÆ IN BELLO, VEL OBSIDIONE.

Anno Christi 625. & imperii Heraclii decimo sexto, Cosroes Persarum Rex novam fecit militiam, peregrinos, cives, & servos, ex omni natione facta electione, coacervans, hos cum Ducibus adversis Imperatorem direxit. Sain primarius Dux pollens selectissimis copiis, iidemque præ excellentia aurcis nominibus nominatis, perveniens ad fratrem Imperatoris Theodorum, bellavit contra eum. Deo autem per intercessionem semper laudabilis Dei Genitricis opitulante, bello commisso, grandio miræ magnitudinis contra Barbaros cecidit, eorumque plurimos percudit: at verò Romana acies transgressa aëris potentia est. Vertunt autem Romanos Persas, & interillate multitudine copiosam. Hoc comperto, Cosroes irascitur contra Sain: qui ex multo animi moretore agrotans mortuus est. Cujus corpus sale conditum Cosroes ad se justit asserit, quod pluribus reddit confossum vulneribus. At verò Sarbaras alius Dux Cosrohis, Chalconedon properans, Avareque Thracæ, urbi propinquantes hanc depopulari parant, multis machinis adversus eam commotis: iidemque & navium sculparum ex litro flumine multitudinem infinita delata sinum repleverunt maris. Decem sanè dies urbem obsidentes, bellum terra marique gerentes, Domini virtute pariter, & cooperatione, nec non & intercedente Dei Genitricis, & Virginis Mariæ intercessionibus superati sunt: amissis verò terra, marique ingenti numero suis, magno cum dedecore discesserunt. Vigeat tunc quidem Constantinopoli, post omnipotentis Dei primarium honorem, cultus Deiparæ Virginis, cui

ab ipsis Constantini temporibus eadem urbs dedicata, ejusque nomine appellata est civitas Virginis. Quamobrem & Constantinopolitani cives omnes ipsam Dei Genitricem enixus invocare soliti erant, sicut & Heraclium fecisse apparet, ejusque ope tam grandia consecisse, quæ diximus, atque hoc eodem anno à Theodoro superatum robustissimum Persarum exercitum, pariterque à tot leonibus faucibus inhiantibus urbem creptam. Ex quibus singulis dicant duces exercitus, quibus debeant niti è superis petitis auxiliis, & polere viribus, nimirum conciliare sibi obinentem cuncta semper à Deo precibus suis Dei Genitricem Mariam. Ne autem inanis hæc fiducia videretur de ope Mariæ Virginis, divinitus factum est, ut non solum oblessi id perspicuò intelligerent, sed etiam hostes ipsi suo experirentur damno: Qua de re sic Cedrenus: Tale enim, inquit quippiam hostibus accidit. Viderunt barbari prima luce, cum Sol oriretur, mulierem quandam illustrem e-nuchis comitaram, porta Blachernarum exeuntem (erat namque à Blachernis Deiparæ templum à Constantinopolitanis frequentari solitum) quam cum Heraclii opinarentur uxorem esse, & ad suum Principem ob mariti absentiam ire pacis petendæ causâ, transitum ei concesserunt, subsequenter ex urbe hominum turbam ipsi adorturi. Ut verò tolla ambitum egressum non ire ad Regem viderint, insecti sunt eam usque ad locum, cui Veteris saxi nomen est, ubi cum ferè jam essent affecuti, illa cum suis ex oculis, & conspectu eorum evanuit. Ipsi autem tumultu concitato inter se congressi, & ad vesperam usque mutuo strages ediderunt. Manè insequentis diei dux causam inquirens, quod majorem suorum partem intestino conflictu periside videret, turpiter domum rediit: statimque classis ab obsidione recessit, quam domum revertentem in Euxino mari oborta tempestas ita afflixit, ut perpauci ad suos redierint. Sarbaræ, tamen hæc ei molestia accidit, tamen obsidionem Chacedonis non solvit: sed hyemavit ibi, populus transmarina, & urbes evertere. Heraclius porrò anno sequenti, hyeme in Persidem cum Turcis ingressus, improviso Cosroes perterritus. Sed Turci hyemem, ac crebras Persarum excursionses agere ferentes, neque tolerantes arumnis focios se Imperatori præbere sustinentes, paulatim ex castris dilabunt, tandemque universi, desertis Romanis, domum revertere cœperunt. Tum Imperator suos ita est allocutus: Videtis, fratres, neminem nobis adesse velle præter unum Deum, quem sine semine peperit Virgo. Ideo sit, ut cœlitus nobis misso auxilio in nobis, ac omnibus ipsis suam demonstret potentiam, &c. Prædicta liquidem Idus Decembris gestum est bellum, & ante omnes proliens Heraclius Principi persarum occurrens, divina virtute, Deique Genitricis opitulatione Cosroes dejecit, & in angulum valde rediguit cum Kazare suo. Duce. Theophan. Anastas. Cedren. in annal. apud Baron. tom. 8. ad annum Christi 625.

Anno Dom. 886. retulit à Deo Basilius Imperator benefactorum operum multiplicia præmia; si quidem tam terra quam mari sæpè devicit hostes. Inter alias verò victorias Dei beneficio acceptas illa magis proficua, & memorabilis, quam magna gloria, atque potentia elatos hæreticos Manichæos sub Theophrices eorum civitatis Principe Chrysoe militantes sic prostravit, ut eorum innumera tunc multitudine collata ut fumus evanuerit. Sed & in eo prælo magnopere est demonstrata divina potentia, quod gestum est ab ipso per Andream Ducentem piæ valde virum adversus Saracenos Iarfi regnantes, ad quem cum eorum Princeps literas misisset superbia, & maledictorum plenas, & hæc indicantes: Nunc videbo, an Mariæ filius, ejusque parens tibi proderit, cum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas literas convicij plenas acceptas ipsi imagini Dei Genitricis appendit, hæc locutus: Vide, o Mater Dei, tuque ipsius filius Deus, qualia exprobravit, & superbe dixit contra tuum superstitem populum barbarus iste arrogans. Quibus dictis, assumptis Romanis copiis contra Tarium proficisceretur, & cum ad Podandem pervenisset, ibi cum hostibus congressus multa cæde fundit, & fugat barbarorum multitudinem, cum prius ibi eorum Dominus occubisset, pauci verò vix se Tarium incolentes recipiunt. Sepultus autem suis hostibus in unum locum coactis, magnaque crecta ad posterum memoriam columna, in patriam rediit cum spoliis, &c. Baron. tom. 10. ad ann. 886.

Joannes Zemifas Græcorum Imperator, ope D. Virginis, martyrum Georgij, & Theodori ingenti gloria Rossos, & Bulgaros, Scythas, & Iurcas, & alios barbaros adversus Romanos simul fodere junctos, numero trecentorum triginta milium militum, iteratis summo labore, atque periculis sæpè præ-

Iis superavit, atque summa religione, qua vicerat, triumphum paravit. Primariam Bulgarorum civitatem, ubi Regia erat, Parasthabam nominatam expugnavit, & mutato postea nomine ab Imperatore Jannopolim nuncupatam, cepitque Regem Bulgarorum Borilem cum uxore, & liberis, & Bulgarorum regnum extindum, superatis ingenti praelio postea barbaris de S. Georgii martyris, cui tanta victoria accepta lata fuit. Converso post hac bello adversis reliquos, qui se Drostoli munierant, accipere periculo, & certamine diu, multumque pugnatum, donec divinum auxilium certis signis Romanis adfuit, quibus adjuti vicere poenitius barbaros. Quamquam autem fuerint divina subsidia, ea refert Cypriolates: Fertur, inquit, divinam opem tum Romanos esse confectos, turbo enim quidam a Noto vento in ora Scytharum confluit, haud permittens eos captis utin bello confiliis. Et quidam vir conspicuus est ab omni Romano exercitu equo albo veftus in antesignanis pugnare, hostiumque commovere, ac perturbare phalanges, nulli prius aut postea cognitum, quem aiebat unum esse ex gloriosis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus, ac propugnatoribus contra hostes utebatur semper Imperator. Etenim forte accidit, ut hoc praelium ea die committeretur, qua celebrare memoriam Militis confuevimus. Cum & mulier quaedam nobis Byzantii, supremæ potestatis, per visum illud ita esse confirmabat una ante congressum die, in somnis sibi visam Dei Genitricem praelio esse, & cuidam militi dicentem audire: Domine Theodore, meus, ac tuus Joannes in periculo versantur: ad eum auxilium propera: Orto sole eadem mulier vicinis rem patefacit. Et quæ vix sunt, hæc fuerunt. Funduntur rursus Scythæ, qui clausas urbis portas compingentes, à Sclero Duce per plantam dissipati, mutuoque conculcati interfecti sunt, & à Romanis casti numero infiniti, vulnerati autem serè omnes. Martyri autem debitum reddens honorem Imperator, & auxilii præmia rependens, templum illud, ubi sanctum ejus corpus conditum est, à fundamentis eversum, majus, pulcherrimumque edificavit, attribuit ei magnificas possessionibus, quod etiam post Eucharicam, Theodoropolim appellavit. *Joann. Cypriolates. in hist. Græc. apud Baron. tom. 10. ad ann. 571.*

Omnia Orientalibus ad Occidentales veniamus, in quibus æque atque aliis in bello favit beatissima mundi imperatrix. Ætate enim septingentesima quinquagesima facta, inquit *Tadesis*, hoc est, anno Domini 718. Astures omnes in unum collecti super se Principem crexerunt Pelagium. Fuit iste Regis Theodorici Sparitæ, qui fugiens imperfectionem Saracenorum, cum suis in Asturias se contulit montes. Cum autem auditum esset à Saracenis, Hispaniam occupantibus, id magna audacia esse præsumptum, in eum acies movent, sed primum infidiis ipsum appetendum putarunt: misit ad ipsum Oppa Archiepiscopo Toletano *Vitiza* Regis filio, qui magnis pollicitationibus deditionem ei suaderet. Ad quem Pelagus ita respondit: Tu, inquit, & Christi Ecclesiam deiecit, & propter scelera patris vestri, qui peccare cogit totam gentem Gothorum, reliquit Dominus Ecclesiam suam. Et quia Deo facile est salvare sive in paucis, sive in multis, nos de misericordia Dei confidentes, committimus ad Dominum Deum nostrum, ut fidem Catholicam conservemus, quem vos spreveritis, & pater vester. Est enim Ecclesia Dei sicut luna, quæ aliquando apparet plena aliquando valde diminuta, & iterum revertitur ad plenitudinem priorem. Ecce in ista tinaba (spelunca loci natura multa illic erat, ubi cum suis Pelagus degebat) hodie inclusa est maxima pars militia Gothorum, sed egredietur ex illa, dante Domino, semen, quo genus Gothorum, ut erat, Christo in tota Hispania restituetur. Et quia devotam eam habemus, apud Deum Patrem, & Dominum nostrum Jesum Christum totam spem nostram ponentes, hanc multitudinem paganorum, quibus ducatum prædes, despiciamus. Confidimus enim per intercessionem gloriosæ Virginis genitricis ejusdem Domini nostri Jesu Christi salvari, & ipsa adjuvante, quæ mater misericordiarum est, gentem Gothorum de paucis, qui sunt in ista spelunca, restituet, sicut ex paucis granis infinita segetes germinantur. Quibus dictis Pelagus, & qui cum eo erant, tanto hoste perterriti incluserunt, se in spelunca, B. Mariæ suffragia experientes, ejus ibi memoriam venerabantur, & pro recuperatione Christianorum orationibus insistebant. Videns autem Oppa, quam Pelagus confidenciam in Domino posuerat, reversus ad Ismaelitas dixit: Properate ad speluncam, & pugnetur fortiter, quia ut ex verbis ejus com-

peri, nisi per gladium pacem cum eo habere non possumus. Alchaman illic fundibularis, & sagittarius, & jacientibus jacula portam speluncæ ferire præcepit. Tunc cerneretis intermixtus jaculis sicut densissimas pluvias evolare contra beatam speluncam. Sed in hoc turbine javalorum, & lapidum, qualiter divina manus, quæ percussit, & sanat, pro Christianis pugnaverit, exemplo poterit adverti, quod lapides, & jacula, & sagittæ à Saracenis emissa contra eos retorquebantur, & maximam Saracenorum multitudinem prostraverunt. Barbari autem ubi non solum ad peragendum negotium, quod volebant, se nihil proficere, sed maximam suorum partem vident prostratam armis suis, confusi, & turbati retrocedendo, speluncam oppugnare destiterunt. Pelagus ad praelium Dei gratia, & fortitudine roboratus, cum tantam multitudinem hostium prostratam aspiceret, reliquos superaturus, Saracenos aggressus de spelunca stricto ense invadit ubique. Statim Oppa captus est, & Alchaman cum viginti millibus Saracenorum interfectus. Sed nec sexaginta millia, quæ remanserant, Domini vindictam evadere poterunt: siquidem cum per verticem montis Ansenæ fugam arripere, atque per concava petrarum, & devia loca adveniebant, & venire vellet ad supercilium montis, dum graderentur fecus flumen Dive, divinum nomen prefficit eos: unde cum idem flumen inundatione aquarum proprium alveum excedit, quos eis occidisse, signa armorum, & ossium evidenter ostendunt. Verè Deus implevit tunc susus illud quod *Paulus* dixit: *1. Corinth. 10.* Fidelis Deus: qui non patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Tam gloriosè egit Deus tunc cum populo Christiano, ut in primo Iaculico, qui Deus cum paucis de multis dedit feram triumpham, talis victoria invenitur: sicque Pelagus regulus tenuit regnum decem, & octo annis. Porro spelunca illa Dei Genitricis memoria dicata est, ejus quoque nomine nuncupata cepta, didaque S. Maria Covadonga. *Lucas Tadesis, l. 4. c. 2. Baron. 10.9. ad annum 718.*

Narsetem electum à Cesare Justiniano militum Ducem virum pietatis omni genere præstantem, consilio, manique promptum, nimis præterito, quem ob insignem ejus pietatem de Totila Gothorum Rege plenam meruisse, desperatis jam planè rebus, victoriam scribit Procopius, idipsum arcescente Evagrio, atque Nicephoro, istis repetitis verbis: De Narsete, qui familiariter cum eo vixere, illud perhibent, ita ipsum ex divino numine pependisse, atque id omnis generis pietate coluisse, & Virginem, eandemque Dei Genitricem ipsi veneratur esse, ut illa manifestè ei apparet, quando praelium committendum esset, præcipere, noque illum facile prius in aciem descendisse, quam tempus opportunum ab ea cognovisset. Eiusdem elogium ita profert *Paulus Diaconus*: Erat, inquit, vir piissimus, in religione Catholicus, in pauperes munificus, in reparandis basilicis multum studiosus, vigiliis, & orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus, quam armis bellicis victoriam obtineret. *Procop. de bello Goth. lib. 3. Niciph. l. 17. c. 13. Baron. tom. 7. ann. 568.*

Stephanus Ungarorum Rex, cum aliquando hostium injuria læsisset, bellum ad suos tuendos necessarium pararet, in primis operam dedit, divinam ut opem manibus, & corde sursum erectis imploraret, simulque Mariæ, tanquam Matri, & Domine suæ, vim ab hostibus illatam suppliciter, ac religiose commendare: Si placet tibi, inquit, Domina mundi, tuæ partem hæreditatis ab inimicis devastari, & novellam Christianissimam plantationem dissipari, ne, queso, sinas illud imputari dissidentibus meæ, sed potius dispositioni voluntatis tuæ: Si quid commisit culpa Pastoris, ipse levat: Oves, queso, insontes ne patiaris affligi. *Ant. Bonfin. de reb. Ungar. l. 1. Dec. 2.*

Tornaci olim in Ecclesia B. Mariæ quam plurima fuerunt per intercessionem B. Virginis facta miracula. In ceteris illud memoria dignissimum est, quod Civitate obsessa contigit. Anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo, gravi obsidione compressum est Tornacum, & ad ultimas angustias redactum. Ea propter Clero, populoque suis viribus insipientes, lachrymarum imbre perussi, ac precibus insistentibus, claves urbis, ad eam sacram Deiparæ Virginis detulerunt, seque ipsos, usque Nervæ defensionem pensitissimè, ac potentissimè Matri commiserunt. Suscipit illa preces pro sua in Nervos Pietate: Noctè enim insipienti tantum turba hostes invasit, ut ipsos dimissis fugam dederint omnes: sicque redita urbi libertas est. Hostes porro obsessæ civitatis sceleris sui

sui poenas hæc diu post dederunt, pestilentia quodam, & ardentique inflammatione: Sed deducti ad eam Deiparæ, subsidium ab ea visibiliter receperunt, rediti in initium pristinae valentudinæ, pallio Virginis extinguitur ignes. *Ex Archiepiscopi Eclesiæ Cathed. ibid. an. 1340.*

Inter recentiora, illud in Indiis Occidentalibus, ubi religio Christiana propagatur, adjuncte Deiparæ, contigit. Insula Cuba est è majoribus, quas Oceanus in his oris circumdat. In hac Regulus quidam victorias multas est consecutus adversus finitimos populos non alia ratione, quam quod usus est Christiano quodam Duce copiarum suarum. Is autem pergebat in hostes gestans in pedore imaginem Virginis, ac profusus illos in fugam verfos superabat. Cumque disensione orta inter Indos, præstantior foret imago Mariæ, an verò Indicorum Deorum, idcirco ad aram venirentur convenire, ut in lata quadam planitie duo juvenes inde brachiis ad terga ligarentur arctissimè, & duo quidem nomine Mariæ ab adversaria parte vinculis obstringerentur, duo verò Indicorum Deorum nomine similiter ab alia parte: quorum verè manus sponte solverent, si virescentes essent, ac pro veritate crederentur pugnare. Res ita acta, & continuo inprimis videntibus in clamante Regulo, Ave Maria, adstiterit Matrona mirabilis majestate, quæ ad suos appropinquans, & virga manus tangens, illos exsolvit, & vinculaque se ad alios duos ex adverso positos devincendos continuo contulerunt. Quo peracto, visum est idem certamen renovari: ac rursus idem mirabiliter evenit. Hoc passim divulgatum plurimos ad Christum traxit. *T. Bonif. de notis Eccles. lib. 9. cap. 20.*

EJUSDEM VIRGINIS PATROCINIUM IN MORTIS ARTICULO.

Filio suo, Jesu Christo, Domino, ac Redemptori nostro in cruce pendenti, & animam agenti adfuit benignissima Virgo Maria. *Joan. c. 19.*

Morti vicinus Arnulphus Suesionensis. Episcopus, beatum Petrum Apostolorum principem vidit, affirmantemque audit, quæ peccasset, esse remissa, janam vita patere. Petrum lætissimi nuntii audire committitur ingens beatorum modularum exercitus. Eundem Arnulphum signifer sanctus Michael Angelico cœcitu constituit in visis, seque Arnulphum in cœlum Ducem futurum spondit. Denique felicissimum Episcopum beatissima Dei mater sua presens recreavit cum agminibus virginum gloriosarum, Arnulphi animam ad Superos abiturum prædicans, & eorum gaudiorum fore participem, quibus exultant cœli cives, ipso die Virginis in cœlum assumptæ. *Joan. Lixford. in vita, c. 9. apud Surium 15. Aug.*

Huic affine est, quod de Radbodo Episcopo Trajectensi legitur. Cum aliquando graviter decumberet, ita ut omnem vivendi spem abieceret, Beatissima Dei Genitrix, semperque Virgo Maria, subsequenter ipsam sanctis Virginibus Tecla, & Agnetæ, multa luce coruscans ei apparuit, totum cubiculum splendore perfundens. At ille tanta visione valde perterritus, loqui præ timore nihil potuit, & propemodum examinatus est. Tum verò Porta laus, Domina mundi, consolationis medicinam ei adhibens, omnemque non modo timorem, sed etiam languorem depellens: Ne times, inquit, Radbode, certus eam te intruri, qui crebro supplices offers preces. Non ego te mea dedignor consolari presentia, qui in tuis ad Deum precibus me semper memoriam usurpas. Noveris autem, nihil ex hoc morbo tibi imminere periculi sed curatum te iri, nec tamen diu postea in carne videtur. Securus esto tui vigilare, & operari ne cesses, sed perge, ut ceptis. Sub his verbis repente splendor ille disparuit, sed permansit diu odor gratissimus, & morbus omnis planè ablati est. Hæc cum ille clam quibusdam è suis exposuisset (neque enim, se vivo, cuiquam voluit ea innoscere) simul etiam formam, habitum, ornatum sanctissimæ Virginis illi explicavit, addeus pulchritudinem ejus neminem satis posse admirari: sanctas autem Virgines Teclam, & Agnetem, tam ex vultu, quam vestitu potuisse dignosci. *Sur. 29. Novemb.*

Simile etiam quoddam ejusdem Virginis beneficium extitit in Adulphum Franciscanum, qui cum relicto Alfacie principatu sanctam, & humilem in illa familia vitam egisset, moribundus denique astitit hæc communis omnium religiosorum patrona, ac mater, innumerabilium Angelorum comitatu stipitata, eumque trepidantem ita confirmavit. Quid times, fili aut cur ob imminente mortem angeris? Veni securus, quoniam filius meus, cui fideliter servivisti, dabit tibi coronam gloriæ. Quibus ille Virginis verbis, & aspectu adeo recreatus est, ut

omnis horror mortis in ingentem læticiam versus sit. *Plautus l. de bono statu relig.*

S. Stephanus Ungarorum Rex, cujus eximiam sanctitatem frequentibus post mortem miraculis Deus commendavit: sentiens adesse migrationis tempus, accessit Episcopis, & primoribus palatii, Christiano nomine gloriantibus, primum tractavit cum eis de substituendo Rege, deinde paternè admonuit eos servare Catholicam Fidem, quam accepissent, amare justitiam, fraternæ charitatis studere, humilitati dare operam, ante verò omnia novellæ Christianissimi plantationi curam, & sollicitudinem adhibere. His dictis manus, & oculos ad cœlum erigens; Regina cœlorum, inquit, mundi incluya Reparatrix, tuo patrocinio sanctam Ecclesiam cum Clero, & Episcopis, regnumque cum Primatibus, & populo tuis precibus commendo. Quibus nunc ultimum valedicens, animam quoque meam tuis manibus committo. Instabat tunc præcipua solemnitas, & lætus Angelis, & hominibus Assumptionis Beatissimæ Mariæ dies, in cuius gaudiis, ut sui corporis fieret dissolutio, precibus à Domino conterritis, lacrymis, & gemitibus impetravit, sperans cumulatiore misericordie se spem habiturum. Adorat ergo felix ille dies ejus obitus, mox felicitatis aliquam accessionem habiturus, circumstant Clero Episcopi, cum ministris Principes, & Comites. Rex in medio jacens lacram percepit unctorem, sanctamque animam corporis, & sanguinis Christi recreatam viatico, anno Domini incarnationis * M. XXXVIII in manus perpetuæ Virginis, & sanctorum Angelorum, æternæ quietis beatitudini inferendam tradidit. *Baron. tom. 12. ann. 1038. 17.*

Contingit aliquando eos deviare, qui ad Mariam Deiparam singulariter sunt affecti, quos tamen illa sic reducere solet, ut præclarè vitam finiant. Cujus rei memorabile admodum exemplum nobis scripto reliquit beatissima *Birgitta* in suis revelationibus in hæc verba: Fuit B. Birgitta filius, cui nomen Carolus, juvenis ætate, ac moribus militie deditus, qui ea in ætate mortuus est. Anxia erat Birgitta de filii æterna salute, quam hæc visione Christus Dominus consolatus est. Vidit tribunal judicis, & in eo Christum sedentem, ad cuius dexteram Maria Mater erat. Accessit demon ad judicium, & ait: Juste judex adeo justus es, ut sperem me à te obtenturum, quod justè petis, etiam si contra Matrem tuam petam ego inimicus tuus, injustè illa mecum egit in morte Caroli in duobus, quorum illud primum fuit, quod de ultima vite illius illa cubiculum ejus ingressa est, eique adfuit in extremis laborantem, meque illa die inde expulit, ne ullo modo passa est eò me ingredi, ut tentare Carolum possem. Quia in remanifestè vim intulisti mihi: jus enim mihi à te concessum est homines tentandi, maxime tamen postrema die, qua universum nominis negotium conficitur. Jube ergo animam illius in corpus redire, & per diem mihi concedatur, ut tentem eum. Quod si evaserit, mihi que viriliter resistit, salvus fiet: tunc verò jure salutem consequutus non est, sed injuria. Secunda verò mihi à Matre tua irrogata injuria hæc fuit, quod cum ego tanquam apparitor debeam animas in judicio presentare, ac accusare, Mater tua animam Caroli corpus exutum inter brachia recepit, ad judicium tuum detulit, neque judicium intrare prohibuit, & cum accusare, indiciumque sine parte adum est, quod contra omne jus est. Respondit Maria: licet demon pater esset mendax, ibi tamen vera dixisset, quia coram veritate prima ageret, eamque præstitisse ea anima Caroli beneficia præclara, eò quòd ille in vita eam summè dilexisset, omnique de se illi commendasset, & insuper summè eum letatum de bonis Mariæ, & pro ea vitam fundere paratissimum, cumque ille tanto erga eam affectu fuisset, debuit illa in morte illi adesse, & hæc in eum beneficia conferre. Respondet justissimus Mariæ filius: Mater mea in regno meo principatur, non ut alii electi, sed tanquam Mater, Regina, ac Domina, & proinde potest dispensare in legibus à me latis, cum justa intercesserit causa, justissima verò fuit causa, ut cum anima Caroli dispensaret, sic enim honorandus erat, qui Matrem meam tanto dilexisset affectu, & ea erat merito donandus: quare super hæc causa perpetuum silentium demoni inditum est. Qua revelatione intellexit beata Birgitta, filium suum in cœlesti regno commorari, adjuncte Maria propter ipsius in illam eximiam devotionem. Eam ergo nos imitemur, ut simili beneficio perfruamur. *Oforius Tom. 4. Conc. ex revelat. S. Birgittæ approbatus.*

Referti huc etiam potest incredibile illud miraculum, quod mediatrice Beatissima Virgine in Valachia campo quodam oblectatum

